ſo te:quis ruſticus:ſi forte nobilis & præpotens quiſpiam apud eum uoluerit hoſpitari:non libenter in angulo domus ſuæ, aut ſub gradibus ſuis uel in ipſis cineribus accubabit:cedēs hoſpiti ſuo locū ſicut dignū eſt potiorem?Et tu ergo fac ſimiliter.Iniurias uel moleſtias tuas ne reputaueris:tm̄ ut hoſpes tuus honorifice poſſit apud te demorari.Honor tibi eſt ut pro eo interim te exhibeas inhonorū.Ac ne forte deſpicias aut paruipendas hoſpitem tuum ꝑ eo ꝙ peregrinus tibi uidet & aduena:diligenter attēde quid hoſpitis huius tibi p̄ſentia largiatur.Ipſe enim eſt q tribuit oculis uiſum:auditū auribus p̄ſtat:ipſe eſt qui linguæ uocem:palato guſtū:motū membris oībus ſubminiſtrat.Si quid uitæ:ſi quid ſenſus:ſi qd in te decoris eſt:huius hoſpitis beneficiū recognoſce. Deniq3 diſceſſus eius ꝓbat:quid præſentia conferebat.Protinus em̄ aīa diſcedē te lingua ſilebit:oculi nihil uidebūt: obſurdeſcent aures: corpus oē rigebit:facies expalleſcet.In breui quoq3 totū cadauer putidū ſimul & putridū fiet,& decor oīs inſaniē cōuertetur.Vt quid ergo pro temporali qualibet delectatione cōtriſtas & lædis hoſpitem iſtū:quā nec ſentire quidem ullo modo poteras niſi per ipſum? Ad hæc ſi tantum tibi cōfert exul:& inimicitiarum cauſa à facie domini ſui eiectus:quātū tibi p̄ſtabit recōciliatus? Noli ô corpus noli impedire recōciliationē illā:qm̄ grādis tibi exinde gloria paratur. Patienter imo & libenter temetipſum expone
Gen.40. ad oia:nihil diſſimules qd' huic uideat recōcilia tioni poſſe prodeſſe.Dic hoſpiti tuo:qa recordabit dn̄s tui,& reſtituet te in gradū priſtinū & tu memento mei. Oīno enim memor erit tui in bonū,ſi bene ſeruieris illi,& cū perueneritad dn̄m ſuū ſuggeret ei de te,& loquet bonū ꝓ bono hoſpite,dicēs: Cū in ultionem culpæ ſuæ exularet ſeruus tuus:paup quidā apud quē hoſpitatus ſum fecit mecum miam,& utinā retribuat ꝓ me dn̄s meus. Primo ſiqdē oīa ſua,dehinc etiā ſemetipſum expoſuit utilitatibus meis nō parcēs ſibi propter me in ieiunijs multis,in laboribus frequēter:in uigilijs ſupra modū:in fame & ſiti:etiā in frigore & nuditate. Quid igit? Profecto nō mentit ſcriptura q̄
Pſal.144 dicit:Volūtatē timētiū ſe faciet:& depcationē eorū exaudiet.O ſi forte guſtare dulcedinē hāc:ſi forte gloriā iſtā ualeas æſtimare. Mira em̄ dicturus ſum:ſed tn̄ uera, & oīno indubitata fidelibus.Ipſe dn̄s ſabaoth dn̄s uirtutū, & rex gloriæ:ipe deſcendet ad reformanda corpa nr̄a,& cōfigu randa corpori claritatis ſuæ.Quāta erit illa gloria quam ineffabilis exultatio:qn̄ creator uniuerſitatis q ꝓ aīabus iuſtificandis humilis ante uenerat & occultus:pro te glorificanda ô miſera caro:ſublimis ueniet & manifeſtus: nō iam in infirmitate:ſed in gloria & maieſtate ſua?Quis cogitabit diem aduentus illius quando deſcendet cum plenitudine luminis:præcurrentibus angelis & tubæ cōcentu excitantibus de puluere corpus inops:& rapientibus illud obuiā xp̄o in aera? Quouſque igitur caro miſera: inſipiens,cæca,demens,& prorſus inſana caro: tranſitorias & caducas quærit conſolationes, imo deſolatiōes,ſi forte contingat repelli,& indignam iudicari hac gloria: magis autem nihilominus ineffabili inæternum excruciari pœnaa? Non ſic obſecro fratres mei nō ſic:quinimo delectetur in hmōi meditationibus aīa noſtra: quinetiam caro nr̄a requieſcat in ſpe ſaluatorē expectans dn̄m noſtrum ieſum
Pſal.62 chriſtum,qui reformabit illam cōfiguratam corpori claritatis ſuæ.Sicut enim ait ꝓpheta.Sitiuit in te anima mea: quàm multipliciter tibi caro mea.Deſiderabat quidē anima prophetalis aduentum priorem:quo ſe nouerat redimendam:ſed multo amplius caro deſiderabat aduentum poſteriorem & glorificationem ſuam. Tunc enim implebūtur deſideria noſtra,& plena erit maieſtate domini oīs terra.Ad quam gloriam:ad quam beatitudinem: ad quā deniq3 pacem quæ exuperat oēm ſenſum ipſe ſua nos mia perducat:nec confundat nos ab expectatione noſtra: ſaluator quem expectamus ieſus chriſtus dominus noſter: q eſt ſuper omnia benedictus in ſecula.

De triplici utilitate aduentus domini. Sermo. VII.

SI deuote celebramus aduētū domini,id facimus qd' oportet.Siquidem non mō ad nos:ſed ꝓpter nos uenit:q bonorū noſtrorū nō eget. Verū noſtræ qdē indigētiæ quātitatē manifeſtius ipſa dignationis eius indicat magnitudo.Nec modo periculum egritudinis ex ipō p̄cio medicaminis innoteſcit:ſed & ualetudinū numerus ex multitudine remediorum. Vt quid em̄ diuiſiones gratiarum ſunt:ſi nō uidetur neceſſitatum ulla diuerſitas? Et quidē difficile eſt uniuerſas uno ſermone proſequi indigentias quas experimur:ſed occurrunt mihi interim tres cōes oībus & quodāmodo pricipales. ¶ Nemo em̄ reperitur in nobis:q nō interim & cōſilij & auxilij & præſidij indignus uideat. Nimirū gn̄alis eſt humano generi miſeria triplex:& quotquot degimus in regione umbræ mortis:in infirmitate corpis:in loco tentationis ſi diligenter aduertimus:triplici hoc incōmodo miſerabiliter laboramus. Nā & faciles ſumus ad ſeducendū: & debiles ad operandū:& fragiles ad reſiſtendum. Si diſcernere uolumus inter bonum & malum, decipimur:ſi tētamus facere bonum, deficimus:ſi conamur reſiſtere malo:deijcimur & ſuperamur.Neceſſarius proinde ſaluatoris aduentus:neceſſaria ſic præoccupatis hoībus præſentia xp̄i.Atq3 utinam ſic ueniat:ut copioſiſſima dignatione ſua & in nobis per fidē habitans illuminet cæcitatē noſtrā:& nobiſcū manens adiuuet infirmitatē noſtrā, & pro Roma.8.
nobis ſtās fragilitatē noſtrā protegat & ꝓpugnet. Si em̄ ille in nobis,qs iā decipiat nos? Si ille nobiſcū,quid de cætero nō poſſumus in eo q cōfortat nos? Si ille pro nobis: qs cōtra nos? Fidelis conſiliarius eſt: q neq3 falli omnino nec fallere queat,fortis auxiliarius q nō laſſeſcat, pronus efficax q & ipm ſathanā ſub pedibus nr̄is uelociter conterat:& oīa eius machinamēta cōfringat. Nimirum ipſe eſt dei ſapiā:cui ſemp in promptu ſit inſtruere ignorātes,ipſe dei uirtus cui facile ſit & deficientes reficere,& eripere periclitantes.Ad hunc ergo tantum eruditorem fratres mei in omni deliberatione curramus:hunc tam ſtrenuum adiutorem in omni opatione inuocemus:huic tam fido pro pugnatori in omni colluctatione cōmittamus animas noſtras:qui ad hoc ipſum uenit in mundum:ut habitans in hominibus:cū hominibus:ꝓ hominibus:& tenebras noſtras illuminaret:labores leuaret:& pericula propulſaret.

Incipit præfatio beati Bernardi Abbatis in laudibus uirginis matris.

SCribere me aliquid & deuotio iubet,& ꝓhibet occupatio.Verūtamē qa ꝓpediēte corpali moleſtia:fratrū ad p̄ſens nō ualeo ſectari cōuentū: id tātillum ocij qd' uel mihi de ſomno fraudans in noctibus intercipere ſinor:nō ſinā ocioſum.Libet ergo tentare id potiſſimum aggredi:quod ſæpe animum pulſauit:loqui uidelicet aliquid in laudibus uirginis matris,ſuper illa lectione euangelica in qua luca referente dominicæ annunciationis continet hiſtoria.Ad qd' ſanē opus fa- Luc.1.
ciēdum & ſi nulla fratrū quorum me profectibus deſeruire neceſſe eſt,uel neceſſitas urgeat uel utilitas moneat: dū tamē ex hoc nō impediar quo ad quæq3 ipſorū neceſſaria minus paratus inueniar:nō arbitror eos debere grauari ſi propriæ ſatiſfacio deuotioni.

Incipit homilia prima Bernardi Abbatis in laudibus uirginis matris.

MIſſus eſt angelus Gabriel à deo in ciuitatē galilææ cui nomen nazareth:ad uirginē deſpōſatam uiro cui nomen erat Ioſeph de domo Dauid,& nomen uirginis Maria. ¶ Quid ſibi uoluit Luce.1.
euangeliſta tot ꝓpria noīa rerū in hoc loco tam ſignanter exprimere? Credo quia noluit nos negligēter audire: qd' tam diligenter ſtuduit enarrare.Nominat ſiquidē nunciū q mittit:dn̄m à quo mittit:v̄ginē ad quam mittit: ſpōſum quoq3 v̄ginis:amborūq3 genus:ciuitatē ac regionē proprijs deſignat noīb9.Vt qd hoc? Putaſne aliqd horū ſuꝑuacue poſitum ſit? Nequaquā.Si em̄ nec foliū de arbore ſi Mat
ne cauſa nec unus ex paſſeribus ſine pr̄e cæleſti cadit ſup